



Universitätsbibliothek Paderborn

**Gaudium Orbis Universi. Sive Lætitia Generis Humani.
Augustissima Cælestium, Terrestrium, & Infernorum
Regina, Deipara Virgo, Maria, Ex Qua Per Benedictum
Fructum Ventris Ejus Post tot Myriades ...**

Schmucker, Mathias

Glacii, 1689

Υποθεσις Lemma. Undique Virginea tutus in umbra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38142

Unde Tiberius Imperator Romanus , tempestate
coruscationes nimium expavescens , cælo turbido
ream sibi solitus est imponere. Herodianus quo
scribit. lib. i. in maxima peste , consulentibus Me
Commodum Imperatorem , ob copiam arborum
rum in locum , cui nomen Lauretum , secessisse , q
beneficio harum arborum , se à contagio immu
fore speraret.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ LEMMA.

Undique Virginea tutus in umbra

Martius ut Lauri tutus sedet ales in Umbra
Laurea sic Tutum Virginis Umbra tegit.

Quisquis Deiparam Virginem , cum Richard
S. Laurentio , arbori Lauro contulerit . na
magnum in ejus gloriam encomium adjecerit ;
dem MARIA illa Laurus est primævi fulminis in
varicatores Protoparentes nostros , & totum genu
manum ob culpæ reatum , vibrati , libera & imm
quam Spiritus sanctus in sacris litteris sub Alitis
ne saepius præsignatus , & in columbae specie
insedit , & , ut ait S. Anselmus. (a) Spiritus sa
super eam venit , & virtus Altissimi obumbravit
umbra videtur.

(a) S. Anselmus homil. sup. cap. 4. Luc. Intravit le
quoddam Castell. Antiphon. Eccl. in fériis Domini;
veat: Petr. Berchorius in Repertorio tit. Umbra,

& de eodem Spiritu sancto concepit, & peperit eum, qui
 est Oriens lucis æternæ, & sol Justitiae, qui venit & ilu-
 minavit sedentes in tenebris. Umbram esse Solis Filiam,
 & Lucis comitem individuam, quæ Præambulonem su-
 am sequitur, quocunque iterit, nemo est, qui nescit. Ve-
 rum ne tenebras & Umbram inter se nihil differre quis-
 piam autem, Petrum Berchorium, in Repertorio, Tit:
 Umbra, differentem accipiat. *Umbra*, inquit, & *tenebrae*
 differunt: quia *Umbra* requirit luminis præsentiam, super
 aliquod corpus opacum cadentem. *Tenebrae* vero dicunt
 totalem luminis carentiam, ærem penitus occupantem.
 Quare *Umbra*, quantum ad suam similitudinariam appa-
 rentiam, & quantum ad suam virtutem & efficaciam,
 multa signat in scriptura: ac inter cætera divinam Prote-
 ctionem significat: Deus enim dicitur habere umbram, id
 est potentiam & virtutem. *Umbra* enim ex corpore resul-
 lat, & ultra corpus se extendit, & sæpè accidit, quod um-
 bra videtur, dato quod corpus minimè videatur. Sic De-
 us umbram suæ gratiæ & potentiæ longè, latèque diffun-
 dit, & quanovis persona non appareat, umbra tamen &
 resultatio suæ potentiæ, & bonitatis & clementiæ omni-
 bus innotescit. (b) Sub ista umbra petebat reponi David,
 & tribulationibus & temptationibus protegi & tueri di-
 tens: sub umbra alarum tuarum sperabo. Sed & super-
 nam absconzionem & divinam incarnationem significat.
 (c) Caro enim & Humanitas umbra sunt, in qua Deus fu-
 it absconditus, quando fuit in ventre matris incarnatus, &
 ideo ejus incarnationis obumbratio dicitur, sicut etiam Ange-
 lis testatur, Spiritus sanctus superveniet in te, & Virtus
 altissimi obumbrabit tibi. (d) Ut sic de Deo Patre dicat
 H spse

(b) Psal. 16, (c) Luc. 1, (d) Job. 27.

ipse Christus illud 1^{ai}. 49. Dominus ab utero vocav^{et}
 sequitur: sub umbra manus suæ abscondit me &c.
 custos fecit umbraculum. Habet & Mariana L^{et}
 Umbram suam, habet Umbraculum teste doct^{or}
 Idiota, (e) quod Ecclesiæ præparavit Umbr^a regium g^o
 rans, quæ virtus Altissimi obumbravit Maria p^ost Ali^t
 per carnem ex ea assumptam. Est Maria Umbra mentim,
 lum confugientes ad se cum vero corde abscondens Arbor ra
 riosè & protegens, & securos faciens ab æstu libidin^{is} ad intuen^{ti}
 & à turbine superbiæ, & à pluvia avaritia. Ita exper^{ientia}
 Umbraculum meridiani, id est refugium contra jam occu^{pationem}
 persecutionis urentis & ferventis, sicut sol in m^{er} gibilem s^{er}
 urit & feruet, contra incentiva libidinis. Est umbr^a arcano m^{er}
 braculum infirmorum, refrigerans umbra miseriarum figur^{um}
 quas reverberat sol radiis Iustitiae. Est umbra presidio
 peccatoris pænitentis, eidem ponens umbram suam, nus gauc^h
 noctem in meridie, ut habitent apud eam fugitiivi omnia,
 Dei timentes sententiam Judicis. (f) Atque h^{ab} sunt, ex
 afferente Idiota, refugium tutissimum peccatorum suis (k)
 qua nullus, quantu^mvis magnus peccator despiciamus;
 nullus repulsam patitur, nisi ex voluntaria misericordia ipsius con^{tra}
 eam deserat & fugiat. Omnes peccatores ad se & postme^{re}
 ntes manu pia recipit, nec moram in hoc facit, ut ipsius
 dilationem concedit, sed sinum misericordiae sua aggrediatur.^g instrumentum b^{onitatis}
 omnibus, omnibus exaudibilem aurem præbet. (g) instrumentum b^{onitatis}
 nempe Laurus frondosa MARIA, Arbor pulcherrima a^{et}
 ma, sub qua refrigerari possimus ab incendio vitiorum habit^{um} q^{uod}
 quæ animam nostram urunt, & inducunt ad Gehennam. (h) q^{uod}

(e) Idiota de B. V. M. part. 3. contemp. 1. Ernest. Prag. in Mari^{an}
 162. Richard. à S. Laur. de laud. B. V. M. lib. 2. Albert Magist
 Misus cap. 160. Ernest. Prag. in Mariali cap. 39. (f) Idiota de B.^o
 part. 14. contemp. 49. (g) Adam. de Pers; serm. in Annunc^{iatio} nis cap. 6.
 M. Idem, Ibid. (h) Richard. à S. Laur. de laud. B. V. M. lib. 2. Albert Magist
 Misus cap. 160.

perpetuam. Est Laurus, & Arbor, ad cuius umbram se
quis confugiat, per diem sol non uret eum, neque luna per
(b) Est Laurus & arbor, cuius umbra privi-
legium gratiae singularis, quod ei contulit obumbrans
ipsi Altissimi Virtus. & plenitudine gratiae cumulans
mentum, & partu divino gravidans ventrem. (i) Est
Arbor ramosa & frondosa, cuius pulcritudo delectabilis
ad intuendum, umbra desiderabilis ad quiescendum, fru-
ctus expetibilis ad edendum. Est Arbor Umbrosa univer-
sam occultans rationalem naturam, & omnem intelli-
gibilem sublimitatem transgrediens, ex qua agricola ipse
arcano modo, tanquam ex umbroso monte apparuit, &
figuras in Veritatis quietem cessare fecit, ejus fructus
cum acceptus fuerit, immortalitatis esca evadit. Sub
presidio Umbræ hujus, hilaris exultat, sacróque ple-
nus gaudio, ejusdem maternam protectionem, super
omnia, quæ mentem humanam in hac vita beare pos-
sunt, extollit & commendat, & quasi sui securus san-
ctus (k) Bonaventura gloriatur, inquiens: Nunc ha-
bitamus in adjutorio Matris Altissimi. in protectione
ipsius commoramus, tanquam sub umbra alarum ejus:
& postmodum in consortio glorie ipsius, tanquam in si-
tu ipsius confovebimus. Tunc erit vox una lœtantium
& aggratulantium Matri; sicut lœtantium omnium
(g) nostrum habitatio est in te, sancta Dei Genitrix. Nul-
latus autem credideris majoris esse felicitatis & glo-
ritie habitare in sinu Abrabæ, quam in sinu MA-
RIÆ, quum thronum suum in ea posuerit Rex Israël:

H 2

Ergo

(b) Richard à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 12. (i) Jacob. Mouach. in Ma-
riæ cap. 6. (k) S. Bonav. serm. 1. de Assump. B. V. M.